Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1045905

Beiheft 2

S 47

1265. [12 47

Hermann von Münſter überträgt ein Grundſtück auf der Beerlage an Marienborn.

In nomine Domini, amen. Quia sepe novercari solent noticie rerum processu temporis, nisi scripti testimonio confirmantur, idcirco modernis et futuris presentis pagine inspectoribus notum esse volumus, quod ego Hermannus dictus de Monasterio consensu uxoris mee et heredum meorum allodium meum, scilicet unum mansum super Berolwele in parrochia Holthuse, quem a me Johannes dictus de Holthuse in omagio habuit, de consensu uxoris sue et heredum suorum ecclesie dominarum in Cusfelt iure proprietatis perpetuo contuli possidendum. Et ut hoc ratum et stabile perseveret, presens littera sigilli nostri munimine roboratur. Acta sunt hec anno Domini M°CC°LV°. Testes huius rei sunt: Ludolfus de Brůchtenbeck, Hermannus de Bek, Wernherus de Herde, Bernhardus Scule.

Orig. Siegel, die Zeugen von anderer Hand geſchrieben; T. III F. 28 P. 4 Nr. 2. — Fehlerhaft gedruckt bei Wilmans III, S. 391 Nr. 754.

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007